O93, f. 10va; V630, f. 29vb; N442, f. 29rb; I83, f. 60ra; VD38, f. 54rb; SG670, p. 96a; P9629, f. 5r; Bcan4, f. 54v; E97, f. 31ra; P102; BII13, f. 50rb; S105, f. 38v

CUIUS[a] SUPRA DE CAUSIS ET GRAVATIONIBUS SACERDOTUM.

Bcan4: XI

P102; BII13: XI De causis et gravationibus sacerdotum et quod boni a malis semper persequantur

[H. 11] Dilectissimis[b] fratribus omnibus episcopis per diversas constitutis regiones[c] Alexander episcopus. Nulli[d], fratres[e], dubium est, quia boni a malis semper <BII13, f. 50va> persequuntur[f] <SG670, p. 96b> et tribulantur. Propter quod nos[g] humiliari[h] oportet[i] sub potenti manu dei, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit[j] quaerens, quem devoret, sic[k] diabolus non cessat circuire[l] [m] et quaerere, quos ex fidelibus perdat, et maxime illos, <I83, f. 60rb> quos ardentiores[n] in servitio salvatoris

---

5 a *Überschrift*] Item EPISTOLA (Item EPISTOLA *korr. aus* EPISTOLA *SG670*) SANCTI ALEXANDRI PAPAE DE PERSecUTIONIBUS (PERSecUTIONIBUS *korr. aus* PERSUTIONBUS *SG670*) EQUANIMITER TOLERANDIS *SG670;* Secunda epistola alexandri papę *P102; BII13; Überschrift am Rande als Rubrik geschrieben* **10** b Dilectissimi *P102;* ilectissimis *S105* **11** c regionibus *O93; N442* **12** d *am Rande nur noch fragmentarisch lesbare Rubrik* [...]e in [...] e vo[...] aut [...] quis [...] *O93; am Rande drei Punkte N442* | e fratres dubium] dubium fratres *E97* **13** f persequuntur] persecutionem patiuntur *I83; SG670; Bcan4; S105* **14** g nos humiliari oportet] humiliemur *V630;* oportet nos humiliari *VD38; E97; P102; BII13* | h humiliari oportet *korr. aus* humiliari *O93* | i oportet *fehlt N442* **16** j circumit *E97* **17** k sic] sic sic *P102* | l circumire *E97* m circuire] circuire querens quem devoret *P102* **19** n *am Rande* studiosiores *VD38*

---

2. Alexander-Brief,14–20 Propter… invenerit] I Petr. V. 6. 8.

---

2. Alexander-Brief,12–27 Nulli… consumunt] **Gratian C. III, q. 1, c. 5** (*vgl.* 12-77). **12–77** Nulli… ponunt] **Gratian C. III, q. 1, c. 5** (*Rubrik*: Non est sacerdos, sed scismaticus, qui fratrum se obsequio subtrahit. Item Alexander Papa; 12 fratres *fehlt*; humiliari oportet] oportet humiliari; sicut ... sic] *fehlt*; circuire] circumire querens que devoret; Qui ... peribitis] Et infra; collegio fuerit] fuerit collegio; in ... habitant] habitant in unum; ponunt] ponunt. Et infra: Dominum crucifigunt, qui eum in sacerdotibus suis persecuntur, quia crux a cruciatu dicitur. Magnum uero cruciatum sustinet qui uim patitur. (3. Alexander-Brief 100-103).

eique familiares[o] invenerit.

Bcan4: XII familiares domini

P102; BII13: XII Qui sint[p] familiares salvatoris

[H. 12] Familiares[q] [r] dico eos, quos sibi[s] sacrari et in ordine apostolatus[t] [u] constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant et peccata populi comedunt[v], quia suis precibus et obla<VD38, f. 54va>tionibus ea delent atque[w] consumunt[x]. Qui[y] quanto digniores fuerint, tanto facilius[z] pro necessitatibus, <Bcan4, f. 55r> quibus[a] clamant, exaudiuntur. Multum enim, ut ait beatus apostolus[b] [c] Iacobus, valet deprecatio iusti assidua. Qui enim vos persequitur, ipsum, cuius vice legatione[d] fungimini, persequitur[e], quia[f], sicut ipse filius[g] dei media<SG670, p. 97a>tor fuit dei et hominum, ita et vos eius vice in ecclesia estis constituti, ut inter deum et homines legatione[h] [i] fungamini.

P9629; S105: Excommunicandum qui perturbat[j] sacerdotes

---

20 o familiariores *SG670; S105* **22** p sint] sint inter *P102* **23** q *am Rande* | r Familiariores *SG670; S105;* Familiariores *korr. aus* Familiares *BII13* | s *interlinear* id est prespiteros *SG670* **24** t *interlinear* id est episcopos *SG670* | u apostolatus *korr. aus* apostolatu **25** v commendant *I83; Bcan4; BII13; S105; commendant korr. aus commendat SG670* **27** w aque *VD38* | x *am Rande* dissipant *VD38* | y quia *I83* **28** z *am Rande* citius *VD38* **29** a quibus *korr. aus* qui *V630* **30** b apostolus *fehlt I83; P102; BII13* | c apostolus Iacobus] iacobus apostolus *V630* **32** d legationem *I83;* legatione *korr. aus* legationi *P9629;* legatione *korr. aus* legationes *BII13* | e persequuntur *S105* | f *am Rande* z *V630* **33** g filiis *P102* **35** h legationem *I83* | i legatione fungamini *korr. aus* legatione *O93* **37** j perturbant

---

25 25 et…comedunt] Os. IV. 8. **29–31** Multum…assidua] Iac. V. 16.

23–36 Familiares…fungamini] **Coll. Ans. ded. II,167**. **24–29** Ipsi…exaudiuntur] **Coll. trip. 4,6** (*Rubrik*: Idem in secundo decretali. Quanto meliores sunt sacerdotes, tanto facilius exaudiri; 24: Ipsi] Ipsi sacerdotes; 25 comedunt] condempnant; 27 pro] in; 27 necessitatibus] necessitatibus pro); **Ivo, Decr. II,69** (*Rubrik*: Item in secundo decretali. Quanto meliores sunt sacerdotes, tanto facilius exaudiri; 24: Ipsi] Ipsi sacerdotes; 24: enim *fehlt*; 25 comedunt] condempnant; 26 et oblationibus *fehlt*; 27 pro] in; 27 necessitatibus] necessitatibus pro); **Ivo, Decr. VI,45** (*Rubrik*: Quanto meliores sunt sacerdotes, tanto facilius exaudiri. Alexander in secundo decretali; 24: Ipsi] Ipsi sacerdotes; enim *fehlt*; populi *fehlt*; 25 comedunt] condempnant; 26 et oblationibus *fehlt*; 27 pro] in; 27 necessitatibus] necessitatibus pro); **Gratian C. I, q. 1, c. 91** (*Rubrik*: Tanto facilius sacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum sunt digniores. Item Alexander; 24: Ipsi enim] Ipsi sacerdotes; 26 et oblationibus *fehlt*; 27 pro] in). **31–36** Qui…fungamini] **Bonizo III,40**.

Bcan4: XIII Quod ab ęcclesiae pitiendi sunt qui sacerdotibus non obtemperant

P102; BII13: XIII Quod a multis sit arguendus et a liminibus ecclesiae arcendus qui legationem episcoporum impedit

[H. 13] Si[k] quis autem legationem vestram impedit, non unius sed multorum profectum avertit[l]. Et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est et bonorum societate[m] carendus[n]. <BII13, f. 50vb> Et quia dei causam impedit et statum[o] conturbat ecclesiae, <N442, f. 29va> <E97, f. 31rb> ideoque ab eius liminibus[p] arceatur[q]. Ab omnibus[r] [s] quoque[t] talis est <S105, f. 39r> cavendus et non in communione fidelium <I83, f. 60va> usque ad satisfactionem[u] [v] recipiendus. Est enim statutum[w] [x] olim[y], ut[z], qui statum[a] [b] conturbat ecclesiae, ab eius liminibus[c] [d] arceatur[e] [f], nec cum[g] fidelibus communicet, qui eorum bona avertit[h] [i]. Vos ergo, si dilectionem habueritis ad invicem et unanimes[j] [k] fueritis, facile tales superare poteritis.

N442: De episcopis coepiscopos inquietantibus

I83: De amore fraterno

Bcan4: XIIII

P102; BII13: XIIII De episcopis qui sunt inter se discordes et canino dente se derodere conantur et de his qui se a collegio

---

42 k *am Rande* Nota **43** l *interlinear* destruit *VD38* **45** m societate *korr. aus* soetate *P9629* | n coercendus *V630; E97;* cariturus *korr. aus* carendus *SG670* **46** o *am Rande* ordine *VD38* **47** p liminibus] liminibus ecclesiae *V630* **48** q *am Rande* repellatur *korr. aus* repllatur *VD38* | r hominibus *V630; E97* | s omnibus quoque] omnibus enim *korr. aus* omnibus *SG670* | t quoque *fehlt S105* **50** u *am Rande* humiliationem placationem *VD38* | v sasatisfactionem *BII13* **51** w *am Rande* aliquando destitutum finitum *VD38* | x statutum *korr. aus* statum *V630* | y olim ut] olim ut is *korr. aus* olim is *SG670* | z is *S105* | a *interlinear* ordine *VD38* | b statum *korr. aus* statim *BII13* **52** c *interlinear* ianuis *VD38* | d luminibus | e *interlinear* repellitur *VD38* | f arceatur *korr. aus* arceantur *V630* | g com *Bcan4* **53** h *am Rande* Dissipat repellit *VD38* | i avertit *korr. aus* evertit *P9629* **55** j *am Rande* concordes *VD38* | k unanimes *korr. aus* unimes *BII13*

53–55 Vos…poteritis] cf. Vict. 7, Fel. II. pp. 11.

42–50 Si…recipiendus] **Gratian D. XCIV, c. 2** (*Rubrik*: Alexander. Excommunicetur, qui legatum sedis apostolicae inpedire temptauerit; 42 vestram *fehlt*; 45 carendus] privandus; 47 ideoque] ideo). **42–53** Si… avertit] **Ps.-Remedius c. 25** (*Rubrik*: Non eis communicandum qui perturbant sacerdotes. Ex epistola supra scripta omnibus episcopis constitutis per diversas regiones; 47 ideoque] ideo; 47 eius liminibus] liminibus eius; 51 ut] Is).

episcoporum et ab auxilio subtrahunt

[H. 14] Si[l] vero, quod absit, discordes fueritis et canino dente vos derodere coeperitis, <VD38, f. 54vb> non solum eos non superabitis[m], sed et vobis[n] ipsis[o] nocebitis atque ab eis <SG670, p. 97b> superabimini[p], et innocenter[q] forte peribitis.

Bcan4: Ut sacerdotes unanimes sint contra rebelles ęcclesię

S105: Scismaticos apellat qui consacerdotibus non auxiliantur

Qui[r] [s] autem ex vestro collegio[t] fuerit et ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus[u] [v] quam sacerdos esse probabitur[w].

P9629: scismaticos apellat qui cum sacerdotibus non auxiliantur

Ecce, inquit propheta, quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Illi[x] vero non in unum habitant, qui[y] a[z] [a] fratrum se[b] solacio[c] subtrahunt, aut[d], quod deterius[e] est, fratribus insidias praeparant aut laqueos[f] ponunt. De his enim et eorum simi<BII13, f. 51ra>libus dominus per Oseae <V630, f. 30ra> prophetam loquitur dicens: Propter vos lugebit terra[g] et infirmabitur omnis, qui habitat in ea,

---

62 l *am Rande drei Punkte N442; am Rande* Nota *I83* **64** m superabitis *korr. aus* superabi *N442* | n vobis ipsis] vos ipsi *I83* | o ipsi *P102* **65** p superabimini *korr. aus* superamini *BII13* **66** q innocentes *SG670; S105* **69** r *am Rande* Nota *I83* | s Quī *S105* | t *am Rande* congregatione *VD38* **70** u *am Rande* divise *VD38* | v sismaticus *Bcan4* **71** w *am Rande* Usque hic *VD38* **74** x *am Rande* N *SG670* **75** y qui a *korr. aus* qui *BII13* | z a *fehlt P102* | a a fratrum] fratrem *Bcan4* | b se solacio] solatio se *V630; P9629; E97* | c *am Rande* auxilium *VD38* **76** d ac *I83;* et *SG670; S105* | e *am Rande* peius *VD38* **77** f *am Rande* deceptiones *VD38* **80** g terram *P102*

73–74 Ecce…unum] Ps. CXXXII. 1. **79–98** Propter…custodiendo] Os. IV. 3-10.

62–66 Si…peribitis] **Burchard I,130** (66: innocenter] nocenter); **Ivo, Decr. V,230** (*Rubrik*: De episcopis qui se quasi canino dente invicem corroserint. Ex eiusdem ad eosdem, cap. 13; 66: innocenter] nocenter). **62–77** Si…ponunt] **Coll. Ans. ded. II,120**. **69–77** Qui…ponunt] **Ps.-Remedius c. 26** (*Rubrik*: Quod scismatici appellantur qui consacerdotibus non auxiliantur. Ex eadem epistola cuius supra) (s. auch 110-128); **Burchard I,129** (s. auch 110-128); **Bonizo III,62** (s. auch 110-125); **Ivo, Decr. V,229** (*Rubrik*: De episcopis qui se a fratrum adiutorio subtraxerint. Ex decretis Alexandri pape omnibus episcopis missis, cap. 30; 69 fuerit] fugerit; 76 est] est qui; 77 praeparant ... ponunt] ponunt ... preparant; 77-111 De ... adiuvare] Item post pauca; 113 Christi] Domini; 119 vobis dominus] Dominus vobis; 128 in] inter); **Gratian C. III, q. 1, c. 5** (*vgl.* 12-77).

in[h] bestia[i] agri et[j] in[k] volucre[l] caeli, sed et pisces maris congregabuntur. Verumtamen unusquisque non iudicet, <I83, f. 60vb> et[m] non arguatur vir, populus enim tuus sicut hi[n], qui contradicunt sacerdoti, et corrues[o] hodie et corruet etiam propheta tecum. Nocte[p] tacere feci matrem tuam. Conticuit[q] populus[r] meus eo, quod non habuerit scientiam. Quia tu scientiam <SG670, p. 98a> repulisti, repellam te[s], ne sacerdotio fungaris mihi. Et[t] oblita es legis dei tui, obliviscar <VD38, f. 55ra> filiorum tuorum et[u] ego. Secundum multitudinem eorum sic[v] peccaverunt mihi, gloriam eorum et[w] ignominiam commutabo. Peccata populi mei[x] comedent et ad iniquitatem eorum sublevabunt[y] animas eorum. <P9629, f. 5v> [Et erit sicut populus sic sacerdos, et visitabo super eum[z] vias eius, et cogitationes eius reddam ei. Et comedent et non saturabuntur. Fornicati sunt et non cessaverunt, quoniam dominum dereliquerunt[a] in non custodiendo. Haec[b] cavete[c] [d], fratres, et bona semper agere] festinate[e], [quia in hoc cognoscent omnes, dicit dominus, quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.

Bcan4: XV

P102; BII13: XV De cohibendis[f] dissensionibus[g] et altercationibus et de opprimendis qui in fratres seditiones excitant[h]

---

81 h in] in qua *korr. aus* in ea *SG670;* in ea *S105* | i bestiae *P9629; SG670; S105* | j et in] et *korr. aus* et in *P9629* | k in *fehlt SG670; S105* | l volucres *VD38; SG670; P102; S105* **83** m et *fehlt SG670; S105* **84** n hi qui] iniqui *S105* **85** o *am Rande* cades *VD38* | p nocte *korr. aus* note *S105* **86** q *am Rande* tacuit *VD38* | r populus meus *korr. aus* populus *S105* **88** s te] te et ego *korr. aus* te *SG670* **89** t Et] et quia *I83; SG670; Bcan4; S105* **90** u et ego *fehlt I83; SG670; Bcan4; S105* **91** v si *P9629; I83; Bcan4;* qui *SG670; S105* **92** w ad *korr. aus* et *V630;* in *VD38; P102; BII13; in korr. aus et SG670; et fehlt E97* **93** x mei *fehlt SG670; S105* | y sullevabunt *E97* **95** z eum *korr. aus* eos *VD38* **98** a reliquerunt *BII13* **99** b Haec *fehlt I83; Bcan4* | c *am Rande* praevidete *VD38* | d cavete *korr. aus* caute *P102* **100** e festinate *korr. aus* festinatis *P102* **104** f cogibendis *P102* | g dissensionibus *korr. aus* dissensinibus *BII13* **106** h excitant *korr. aus* exitant *BII13*

101–102 quoniam…invicem] Ioann. XIII. 35.

[H. 15] Bo]num est namque <E97, f. 31va> procul[i] [dubio et omnibus <N442, f. 29vb> timentibus deum desi<I83, f. 61ra>derabile, cohibere[j] dissensiones] et altercationes fratribusque subvenire, et[k] invicem non invidere, [sed adiuvare. Nos ergo, qui[l] discipuli domini et dici[m] [n]] et esse cupimus, portare cru<SG670, p. 98b>cem Christi et compati[o] fratribus debemus, et[p] non [quascumque eis[q] insidias au]t foveas praeparare, quia talionem[r] meretur, qui fratribus[s] foveam parat[t]. Nolite[u] <O93, f. 10vb> errare, fratres, quia deus non irridetur. Huius <S105, f. 39v> rei[v] gratia vobis dominus commisit[w] ecclesiam suam, ut pro omnibus laboretis et cunctis oppressis opem[x] ferre[y] non neglegatis. Unde et dominus <VD38, f. 55rb> per prophetam loquitur dicens: <Bcan4, f. 55v> Haec dicit dominus: Iudicate[z] mane iudicium et eruite[a] vi[b] [c] oppressos[d] de manu calumniantis, ne forte egrediatur[e] quasi ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit, qui exstinguat. Vos ergo[f], qui in summo[g] speculo[h] a

---

107 i *am Rande* certe *VD38* **109** j *am Rande* prohibere *VD38* **110** k et] et in *P102* **111** l qui *korr. aus* quid *BII13* **112** m dicit *Bcan4* | n dici et *korr. aus* dicet *S105* **113** o *am Rande* fratrum miserias quasi proprias deputare *VD38; am Rande* N *SG670* **114** p et *fehlt P102* | q eis *korr. aus* ei *I83* **115** r *am Rande* vindictam retributionem *VD38* **116** s fratribus foveam] foveam fratribus *P9629; E97* | t preparat *I83* | u Nolite] Nolite ergo *P9629* **118** v regi *I83* | w *interlinear* credidit *VD38* **120** x *am Rande* auxilium *VD38* | y *interlinear* tribuere prestare *VD38* **122** z *am Rande* N *SG670* **123** a *interlinear* liberate *VD38* | b *interlinear* violentia *VD38* | c vi *korr. aus* vos *V630;* vim *I83;* vi *korr. aus* vim *Bcan4* | d *am Rande* afflictus *VD38* **124** e grediatur *P102* **126** f ergo *korr. aus* ego *VD38* | g *interlinear* a *SG670* | h *interlinear* a *SG670*

107–111 Bonum…adiuvare] sec. conc. Later. 649. secr.IV. (Mansi 10,1031). Cf. Iul. 4. **111–116** Nos…parat] cf. Iul. 7. **116–117** Nolite…irridetur] Gal. VI. 7. **117–120** Huius…neglegatis] cf. Eleuth. 6, ep. Athan. ad Lib., Ioh. I. pp. ep. 1. **122–126** Iudicate…exstinguat] Ier. XXI. 12. **126–127** Vos…estis] Coelest. ep. ad episc. per Vienn. pr. (H. no. 34). Cf. Clem. 56, Zeph. 9, Ant. 8, Fab. 11, Fel. II. pp. 10.

107–129 Bonum…pereatis] **Coll. Ans. ded. X,33**. **111–126** Nos…exstinguat] **Bonizo III,62** (s. auch 68-76). **111–129** Nos…pereatis] **Ps.-Remedius c. 26** (111 Nos] Item post pauca: Nos) (s. auch 68-76) ; **Burchard I,129** (s. auch 68-76).

domino constituti estis, attendere[i] eos et opprimere[j] oportet, qui in fratres seditiones et scandala excitant, ne simul cum eis pereatis.

Salutate omnes, qui recte laborant in evangelio Christi et ius<I83, f. 61rb>te gubernant[k] navem eius, ne cohabitantes[l] [m] in ea[n] mergantur[o] aut suffocentur. Salutat vos omnis[p] apostolica[q] ecclesia in domino. Amen.

<SG670, p. 99a> Data XVII[r] Kalend. Novembris Traiano[s] et Heliano vv. cc[t]. conss[u].

O93, f. 10vb; V630, f. 30ra; N442, f. 29vb; I83, f. 61rb; VD38, f. 55rb; SG670, p. 99a; P9629, f. 5v; Bcan4, f. 55v; E97, f. 31va; P102; BII13, f. 51rb; S105, f. 39v

---

127 i *am Rande* considerare opprimere castigare *VD38* | j opprimeret *Bcan4* **131** k gubernant *korr. aus* gubernat *P102* **132** l *am Rande* simul *VD38* | m quohabitantes *I83* | n ea *korr. aus* eo *O93* | o mergantur *korr. aus* mercantur *BII13* **133** p omnes *VD38;* omnis *korr. aus* omnes *BII13* | q apostolica *korr. aus* apostoloca *SG670* **135** r XVIII *N442; VD38; P102; BII13 ; XVIIII I83; VIIII Bcan4* **136** s triano *E97;* traiano *korr. aus* triano *BII13* | t claris *SG670* | u conss.] *folgt:* Praeceptum domini est ut excepta causa fornicationis uxor a viro dimitti non debeat Et ideo quicumque citra culpam criminis suprascripti uxorem suam quacumque occasione dimiserit quia quod deus coniunxit ille separare disposuit tamdiu ecclesiastica communione privatus et caetu omnium christianorum maneat alienus quamdiu et ad societatem relictę coniugis redeat et partem sui corporis honestet lege coniugii sinceriter amplectetur et foveat Hii enim qui ammoniti a sacerdote semel et bis terquae ut corrigantur ad carum suę coniugis redire noluerint consortium ipsi se suis meritis et a palatinę dignitatis officio separabunt et insuper generosę dignitatis testimonium quamdiu in culpa fuerint amissuri (amissuri *korr. aus* admissuri *P102*) sunt quia carnem suam dissidii iugulo tradiderunt *P102*

130–134 Salutate… Amen] sec. Phil. IV. 21. 22. **135–136** Data… conss] Nota cons. des. ex c. 1. vit. Alex. in libr. pontif.